

ANNAEI
ROBERTI

AVRELIIC. CL.

RERVM

IVDICATARVM

LIBRI IIII.

RENOVATA EDITIO,

*Cui prater antea editam Capitulum synopsis, accessit
nouns Rerum & Verborum INDEX per-utile &
copiosus nec hactenus promulgatus, qui locorum
communium instar esse poterit in eosdem Roberti
libros.*


num. 43. cap. 2. num. 10



Aug. 7

*Esta conforme
al Exp^o de 1620
Por comis. del S. off.
& conforme al libro*

Coloniae Allobrogum



Apud Samuelem Crispinum.

*Por comision del
S. officio*

M. DC. XX.

Thomas Alf.

Sup.

Bio.





A N N A E I R O B E R T I

A V R E L I I

R E R V M I V D I C A T A R V M

Liber primus.

A D I L L V S T R I S S . E T O R N A T I S S .

D. Achillem Harlaem Principem
Senatus Franciæ.



Q U I latentes & abditas re-
rum naturalium causas in-
quirunt, (HARLAEM Prin-
ceps Senatus) fluminũ per-
ennes ortus fontiumque scaturigines
Oceano referunt: inque eundẽ Oceanũ
aquas reflũere mirantur, & naturali ve-
lut impetu remeare. Senatus cuius au-
thoritate salus totius Fraciæ publiciq;
consilij dignitas continetur, Oceani
amplitudinem faciẽmque vasti ma-

) (ij



LEGITIMA PARENTI-
BUS DEBITA PRÆFER-
TUR LEGATIS IN PIAS
causas factis.

CAPUT I.



ITIVS, cum patrem supersti-
tem relinqueret, testamento
bona omnia partim Ecclesiæ
partim pauperibus donat, &
legatis in pias causas factis o-
mnem hereditatis sue substan-
tiam profusa largitione exhau-

rit. Titij pater legitimam sibi in bonis filij deberi
asserit, & legitimæ parenti debitæ nullum fieri po-
tuisse præiudicium contendit.

CONTRA PATREM. Magna est apud
probos piõsque homines piæ causæ commendatio
Magnum imminutæ charitatis & frigescentis
Christiani affectus argumentum, quoties legato-
rum in Ecclesiam & pauperes favor vllâ civilis of-
ficij consideratione superatur. Quid enim laudabi-
lius, quidve magis Christianum quàm pietatem in
parentes pietate in Deum ac pauperes vinci & su-
perari? *Patrimonium Deo creditum* (inquit Diuus
Cyprianus) *nec Respublica eripit, nec fiscus inuadit,*
nec calumnia aliqua forësis evertit. In tuto hereditas
ponitur, qua Deo custode seruatur. Hoc est charis



ANNÆI ROBERTI
AVRELI, RERVM
IUDICATARVM

Liber Secundus,

*De consuetudinibus Francia: Et à quo tempore
nova consuetudo vim & effectum
habere incipiat.*

CAPVT I.



REGIAS constitutiones vim legis habere indubitati iuris est. Quis enim sacras iustiones, edicta regia & Principum rescripta à subditis impurè contemni aut violari dixerit? Nam cum suprema legum authoritas à Principe pendeat, ius summum, cui nulla lege derogari potest, edictis regis continetur. Sed cum omnia Principalib. constitutionib. non fuissent definita, sunt quedam prouincię sub Francica ditione, velut Tholosana regio, Delphinatus, alięq; nonnullę, quę, aut ex speciali priuilegio, aut ex conuentione cum Regibus olim inita, civili Romanorum iure pro legibus vtuntur, & hæc quidem prouincię iuris scripti nuncupari solent. Verum pleręque alię, & quidem potiores

istæ municipibus videri solent supra cæteras omnes acceptissimæ, cum tolerabilius sit consuetudinis vinculo quàm legum necessitate adstringi. Rationem si quis exquirat, Dionē Chrysostrōmū consulat, qui consuetudinem regiæ, legē tyrannicę cōparat potestati ^a. Quintilianus, *Quoties (inquit) de iure populi agitur apud populum cui mutare, cui abrogare, cui ferre quas velit leges, accipere quas velit rogationes liceat, nunquam se ipse diminuet.* Nicetas historicus dum Christianos quosdā memorat longo vicinitatis vsu Turcicis quibusdam institutis & legibus assuefactos: *Consuetudo (inquit) tempore confirmata rationē vincit & ipsam etiā religionem* *ἔτσι χρόνῳ κραταιὴ γίνεται ἢ ὡς ἡμεῖς ἐξ ἑπισκευῆς ἔστιν ἰσχυροτέρα* ^c. *Consuetudo (inquit Tertullianus) initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur* ^d. Agathias eleganter, *Εὐσεβῆλον μὲν ὅτι δὴ τῶν αἰσθησιμῶν ἐθνῶν ὡς ἔταστο εἶχε ὁ παρθένος νόμος ἐκπλαίσου νῆσι καὶ ἐμῆσι τοῖς αἰσθησιμῶν, τῶν δὲ ἀρεστον ἠγοῦνται ἔθετα ποιοῦσι* ^e. *Consuetudine itaq; vsus & communis incolarū consensus confirmavit. Quàm dulce, quàm gratū est voluntarię subiecti necessitati, & illo iuris vinculo adstringi, cuius cum authores simus, pūderet iniquitatem aut seueritatem accusare. At regia edicta non ratio, sed sola dominātis volūtas, iusta sit an iniusta, sancit & moderatur. Hinc fit vt si quando contingat Imperialia rescripta legi municipali aduersari, dubium faciat Vlpianus, quæ nā potior haberi debeat, lex ne municipalis, an regia & principalis constitutio ^f. Itaq; eadem æquitatis ratione statutum est omnes, imò etiam pupillos, furiosos, & quosuis alios prouinciali lege teneri ^g. Quin & ipsis quoque iudiciis seu de*

a D. Chrystr
orat. 76.
de i. 19.
de iudic
in dicit.
130p.
b Quinte
decl. 254.
c Nicetas
p. 19.

d Tertul. lib.
de uirgin
uelanda, in
prim.
e Agathias
li. 2.

f L. 2. §. di
nou. ff. de
sep. uol.
g L. sine ha
rede. §. Lu
cius. ff. de
adm. l. 1. 2
§. furiosus,
de iure com
dicul. i. fi. de
decretis ab
ord. Jacobi
dit.